Anlagen.

I. Uebereinkunft des Erzbischofs Wichbold von Köln mit dem Burggrafen Johann von Rheineck. — 1300. —

Nos Wicboldus Dei gratia sanctae coloniensis Ecclesiae Archiepiscopus sacri imperii per Italiam Archicancellarius, notum facimus universis praesentes literas visuris et audituris, tenore praesentium profitentes, quod cum inter nos ex una parte et Joannem Burggravium de Rynecke ex altera exorta fuisset super castro Rynecke et juribus ipsius castri materia quaestionis, eandem nostris fidelibus et amicis ac ipsius Burggravii consanguineis et amicis hinc inde mediantibus inter nos et eundem Burggravium per viam pacis et concordiae super dicta quaestione extitit, ut infra sequitur, ordinatum, quod ipse Burggravius pro se et haeredibus suis recognovit et recognoscit per praesentes, quod ipsum castrum Rynecke fuit et est praedecessorum nostrorum et ecclesiae coloniensis, a tempore cujus memoria non existit et quod adhuc ipsum castrum purum Allodium, Ligium et apertum castrum est nostrum et ipsius ecclesiae coloniensis sic quod nos et nostri successores ecclesiae colon. ipsum castrum intrare et de eodem exire ac nos juvare possumus contra omnem hominem tanquam de aperto et ligio castro nostro quandocunque et quotiescunque nobis, successoribus nostris et ecclesiae colon. videbitur expedire in omni eo jure et modo, quibus antecessores nostri colon. archiepiscopi temporibus progenitorum dicti Burggravii ipsum castrum habuerunt et promissa facere potuerunt seu consueverunt. vice versa nos, nos pro nobis et ecclesia colon. recognovimus et recognoscimus per praesentes, quod dictus Burggravius est haereditarius Burggravius dicti castri Rynecke et sic sui progenitores fuerunt a tempore cujus memoria non existit et sui successores jure feudali haereditario in perpetuo remanebunt, sic quod nos successores nostri et ecclesia colon. dictum Burggravium et suos successores

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in omni eo jure, honore et bona consuetudine tenebimus et fovebimus in quibus et prout antecessores nostri progenitores dicti Burggravii tenuerunt eundem etiam Burggravium et suos successores nos, successores nostri et ecclesia colon. ubicunque et contra quemcunque facere habuerit vel habuerint permovebimus (perfovebimus?) et juvabimus in jure suo et haec omnia et singula observabuntur hinc inde absque dolo et per haec omnia et singula, quae inter nos et ecclesiam colon. et dictum Burggravium occasione dictae quaestionis hactenus emerserunt et aliis de quibus nos impetiit, erunt sopita penitus et sedata. Acta sunt haec praesentibus honesto viro Ludolpho de Dicka, canonico coloniensi, Wilhelmo comite de Neuenar, Joanne de Ryverscheidt, Gerlaco de Dollendorf et Gerardo de Blankenheim nobilibus viris et dominis, Constantino de Lysolskirchen, et Joanne dicto Ratze, civibus colon. nec non Wernero advocato de Ludensdorf, Joanne de Rense, Lamberto de Luitzing, Henrico dicto Gude ac Conrado de Luitzing militibus et aliis quam pluribus fide dignis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo capituli ecclesiae colon. quod his apponi rogavimus, praesentibus est appensum; et nos Theodoricus Decanus et capitulum ecclesiae colon. praedictum recognoscimus quod ad preces reverendi in Christo patris ac domini nostri Domini W. archiepiscopi colon. praedicti sigillum ecclesiae nostrae in testimonium praemissorum duximus his literis apponendum. Et ego Joannes Burggravius de Rynecke praedictus recognosco omnia et singula praemissa sub forma qua praemittitur per me sic acta et vera esse et cum eodem domino meo Rdo. Domino W. archiepiscopo colon. praedicto et ecclesia colon. sic concordasse ad evidentiam ampliorem eorundem sigillum meum, una cum sigillis Henrici fratris mei, Canonici ecclesiae Beatae Mariae ad gradus colon. Werneri advocati de Ludensdorf, Joannis de Rense, Henrici dicti Gude ac Lamberti de Lützinc militum meorum consanguineorum et amicorum, qui sua sigilla ad petitionem meam in robur praemissorum his literis apposuerunt, similiter apposui huic scripto. Et nos Henricus de Rynecke, Canonicus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

praedictus, caeterique milites antedicti, quia praemissis interfuimus, vidimus et audivimus esse sic acta et ordinata ad preces praefati Burggravii fatemur nos in horum testimonium sigilla nostra praesentibus appendisse. Datum Coloniae Anno Dni millesimo trecentesimo in crastino purificationis B. M. virginis.

Archiv zu Münster.

II. Elisabeth, Wittwe des Burggrafen Johann von Rheineck, Johann und Gerlach, ihre Söhne und ihre Tochter Elisabeth verzichten auf einige an das Collegiatstift St. Florin in Koblenz gemachte Ansprüche. — 1319. —

Universis praesens scriptum visuris et audituris nos Elyzabet Burggravia in Rynecke relicta quondam Johannis Burggravii ibidem nec non Johannes nunc Burggravius in Rynecke et Gerlacus clericus nec non Elyzabet, liberi dictorum quondam Johannis Burggravii et Elyzabet conjugum notum esse volumus quod cum contenderemus hactenus nobis actionem competere contra venerabiles viros Dominos Decanum et capitulum ecclesiae sti Florini in confluentia occasione cujusdam aliae confluentiae sitae contiguae juxta mansionem praepositurae ejusdem ecclesiae nec non etiam ratione impensarum expensarum circa aedificationem et structuram curtis dictae ecclesiae in Brysiche ac etiam super aliis actionibus nobis competentibus ut putabamus ex successione progenitorum nostrorum, nunc autem dictae ecclesiae Sti florini et personis ejusdem nos conformare volentes ad exhortationem communium amicorum nostrorum hinc inde omni juri actioni seu querelae nobis competentibus adversus dictam ecclesiam Sti florini occasione praemissorum areae scil. et impensarum nec non ex causa quacunque usque in diem hodiernum renuntiavimus et praesentibus renuntiamus et effestucamus in quibus omnibus recognoscimus nos nihil juris habuisse vel habere, promittentes eosdem dominos Decanum et capitulum super praemissis omnibus et singulis ullo unquam tempore non impedire eis quoque litem vel controversiam non inferre

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec inferendi consentire aliqua ratione arte ingenio sive causa. In testimonium omnium praemissorum sigilla nostri Elyzabet relictae et Johannis ejus filii nunc Burggravii praedictorum pro nobis et nostris haeredibus supradictis praesentibus duximus apponenda. Datum et actum anno domini MCCCXIX in die beatae Elyzabet.

Archiv zu Koblenz.

III. Die Abtei Siegburg übergibt dem Burggrafen Johann von Rheineck eine Wachszinspflichtige zu Mendich, nachdem er ihr einen jährlichen Zins von einem Pelz und 2 Jagdstiefeln nachgelassen hatte. — 1315. —

Universis praesentes literas visuris et audituris Theodoricus dei gratia abbas totusque conventus Monasterii Sibergensis ordinis sancti Benedicti Coloniensis dioecesis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis quod quia Joannes burggravius in Rinecke et Isengardis ejus legitima unum pellitium et duos coturnos, quod et quos singulis annis in festo beati Remigii ipsis et burggraviis pro tempore in Rinecke existentibus solvere tenebamur, nobis et nostro monasterio in perpetuum libere remisserunt et remittunt propter quod nos dictis Joanni et Isengardi et eorum successoribus reconpensam dignam facere volentes damus et praesentibus conferimus Irmetrudam commorantem in Mendigh, relictam quondam henrici dicti dorfers ejus filios herimannum, fredericum et Joannem et ejusdem filias nobis et nostro monasterio jure cerocensuali attinentes aliosque sui generis viros consimiles existentes eodem jure quo ad nos et nostrum monasterium pertinent et ab antiquo pertinebant habendos custodiendos et omni suo jure praedictos et eorum posteritatem hereditarie conservandos, ita tamen quod quicunque antiquior hujus progeniei fuerit quod singulis annis in festo beati Martini duos denarios et ipso mortuo prout sui juris est Siberg dabit et presentabit et si praedicti homines vel aliquis ex ipsis se protectioni alicujus submiserint vel se alicui donaverint hanc donationem reclamamus et dicto Joanni ejusque legitimae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plenam warantiam facimus de praemissis. In praemissorum testimonium atque robur praesentem literam duximus sigillorum nostrorum munimine roborandam. Datum in vigilia pentecostes anno domini MCCCXV.

Archiv zu Düsseldorf.

IV. Dienstbrief Heinrich's von Rheineck für den Erzbischof Johann von Trier. — 1488. —

Wir Heinrich von Rineck, ytel Engelhart von Eßlingen genannt Swabe und Johann portze, genannt Stollzgen bekennen offentlich an diesem Brieve das der hochwürdigste Fürste und herre herre Johann Ertzbischoff zu Trier und Kurfürste unser gnediger herre uns zu syner gnaden diener ein Jar lang dato dieses Brieves schierst folgende uffgenommen hatt, also das wir synen gnaden unser jeder mit eynem Reißigen pferde sullen und wullen dienen getrewlich widder allermallich zu gesinnen syner Gnaden oder syner Gnaden Marschalks oder Rottmeister und umb solcher Dienst sall der gedacht unser gnediger her unser jeglichem das Jare thun geben zwolff gulden pagaments und wenn wir in syner gnaden dienst syn die koste. Und ob wir in solchem dienste eynchen Reißigen schaden haben ader lyden, und eynche pferde abgeen werden das soll uns syne gnade bezalunge thun zu Sprache zweyer syner gnaden Rethe, der syne gnade eynen und wir den andern darzu kiesen und benennen sullen. Würde auch unser eyner in solchem dienst gefangen da gott vur sy, des sall uns syne gnaden quitt und ledig machen glych andern unsern genossen des hann wir gereddet, gelobt versprochen und eynen eydt zu gode und den heiligen gesworen, redden geloben und sweren an diesem Brieve, dem gedachten unserm gnedigen herrn und synem Stiffte von Trier getrewe und holt zu syn, vor schaden zu warnen und bestes zu werben und alles das zu thun, das getrewe dienere irem herrn zu thunde plichtig syn sunder arglist. Und des zu urkund ꝛc. ꝛc. Geben uff freitage nach Viti Anno 1488.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

V. **Stammtafel der Burggrafen von Rheineck.**

Gottfried. Johann I. 1190.

Heinrich I. 1200. — Conrad, Domherr in Trier. 1204—1256. Gerhard, Canonicus zu St. Florin 1256—1264.

Johann II. 1213—1229. — Theodorich, Canonicus in Trier. 1238.

Heinrich II. † vor 1237. Gem. Berta.

Johann III. 1237—1245.

Heinrich III. 1245. — Heinrich. 1246. Conrad, Domherr in Trier. 1246—1265.

Theodorich. 1263—1278. Theodorich, Canonicus in Münstermaifeld. 1266—1276. Johann, Mönch zu Laach. 1269.

Johann IV. 1285. † 1304. Gem. Elisabeth (v. Isenburg). Heinrich, Canonicus in Köln. 1300. Johann, Propst zu St. Florin. 1286—1301. Mechtildis, Abtissin zu St. Thomas. 1275—1292. Engelbert. 1281.

Johann V. 1315—1351. Gem. 1. Isengard. 2. Margaretha. Gerlach. Geistlicher. 1319. Elisabeth. 1319.

Johann VI. 1368—1381. Heinrich IV. 1377. Gem. Irmwingis v. Tomberg. Catharina. Gem. Arnold Schilling von Lohnstein.

Johann VII. 1417—1460. Gem. Catharina v. Daun. Heinrich. † 1439. Kunigunde.

Diedrich. † 1470. Gem. Mezza v. Isenburg. Peter. † 1478. Gem. Eva v. Rollingen. Heinrich Domherr in Trier. 1440—1461.

Johann. Gem. Irmgard v. Aspremont. Diedrich. Jacob. Gem. Johannetta, Wild- und Rheingräfin. 1. Philipp. Gem. Magdalena v. Salm. 2. Peter, Domherr in Trier. 3. Christoph, Domherr in Trier. 4. Johannes. 5. Anton. 6. Veronika. Gem. Johann von Helfenstein. 7. Hildegard, Abtissin zu Schweinheim. 8. Magdalena, Dechanissin zu Herfort.

Mezza. Gem. Heinrich v. Warsberg.

Jacob. † 1539. Gem. 1. Wilhelmine v. Einenburg. 2. Elisabeth v. Erichingen.

VI. Als Graf Prosper von Sinzendorf im Jahre 1785 die Belehnung über Schloß Rheineck von Kur-Köln nachsuchte, reichte er folgende Stammtafel ein:

Ernstbrunn'sche Linie.

August, Graf von Sinzendorf.

- Johann Joachim.
  - 1. Joh. Weickard Michael.
    - Prosp. Ant. Guido.
      - 1. Wenzel Eustachius Hermann.
        - 1. Prosper.
        - 2. Wenzel.
        - 3. Rudolph.
        - 4. Friedrich.
        - 5. Carl.
        - 6. Franz.
      - 2. Friedr. Carl Ludwig.
  - 2. Adolph Mich. Thomas.
    - Carl Mich. Tobias.
    - Joh. Joachim Clemens.
      - Philipp.
  - 3. Joh. Joachim Michael.
    - Franz Wenzel.
      - Franz Wenzel.
        - Joseph.
        - Octavian.
      - Philipp.
- Sigmund Friedrich.
- Rudolph, primus acquirens.
  - 1. Theodor.
  - 2. Otto Heinrich.

Friedau'sche Linie.

Pilgramus II., Graf von Sinzendorf.

- Johann Carl.
  - Carl Ludwig.
    - Joh. Wilh. Jos.
    - Phil. Ludwig.
    - Octavian Carl Nicol.
    - Jos. Bernhard.
- Georg Ludwig.
  - Philipp Ludwig.
- 3. Sigm. Rudolph, ultimus possessor auf Rudolphinischer Seite.
- 4. Aug. Joachim.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Coblenz,
gedruckt bei Buet & Reinhaus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

57/40 1,45
We

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

57/40
1,48